



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXV De leiuuiο exterioris interiorisq[ue] ho[min]is.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB.

**Tre. 3.** da nostra cum manibus ad deum. Ad deum quippe corda cum manibus leuare, est orationis nostræ studium cum merito boni operis imponere. De hoc &

**Leo pa.** sanctus Leo papa. Oratione enim & propitiatio dei queritur, iejunio concupiscētia carnis extinguitur, elemosynis pētā redimuntur. In orationibus fides permanet recta, in ieunijs innocēs vita, in eleemosynis mens benigna.

### De iejunio exterioris interiorisq; hominis.

Caput XXV.

**Aug.** **I**Eiunium vniuersam esse dicimus corporis castigationē. Non est tantummodo ieunandum à concupiscētia ciborum sed ab omni lāeticia temporalium delectationum. Qui igitur corpori suo ieunia deuotus iniicit principaliter renuntiet vitijs. Cupiditatum fomites cōprimat, frāgat ineptus mētis, libidines vincat, faces auaritiae ardētis extinguat, latiusq; factis vim dilectionis extēdat, atq; in alimēta pauperum abrupti apparatus impēdia largiatur. Omnia ergo corporis nefanda peccata animi virtute calcentur, vt & anima sanctitate corporis adiuueretur. Hoc est eīm perfectum & rationabile iejunium,

**Isido.** quādo noster exterior homo ieunat, intetior orat. Facilius per iejunium oratio penetrat cālum, ieunia fortia tela sunt aduersus tentamenta dēmoniorum.

**Nota** Cito eīm per abstinentiam deuincuntur. Ieunia cum bonis operibus deo acceptabilia sunt. Qui autē cibis abstinent & praeue agunt, dēmones imitātur, quibus esca non est, & nequitia semper est. Ille

## LIBER SECUNDVS.

enim bene abstinet cibis qui & à malitia actibus, &  
à mundi iejunat ambitionibus. Vnde & Cassianus Cassi.  
ita inter cætera definiens: Nec solum nobis istud ie-  
junium visibilium ciborum ad perfectionē cordis,  
& corporis puritatem sufficere posse credamus, nisi  
fuerit huic animæ quoq; iejunium copulatū. Habet  
namq; & illa suos noxios cibos quibus impugnata  
etiam fine escarū abundantia ad luxuriæ prærupta  
deuoluitur. Detractio, cibus est eius & quidem per-  
suauis. Ira etiam cibus est eius, licet minime lenis, ad  
horam tamen infelici esu pascens ac pariter lœtali sa-  
pore prosternens. Inuidia cibus est mentis, & vana  
gloria cibus est eius. Omnisq; concupiscentia & per-  
uagatio cordis instabilis, pastus quidā est animę no-  
xijs escis eam nutriens. Si em̄ corporaliter ieunātes  
pernitiosissimis animę vitijs implicemur, nihil nob̄  
proderit carnalis afflictio preciosiore parte pollut̄.  
Oportet ergo exteriorem hominē ieunantē, interi-  
orē quoq; similiter cibis noxijs temperare.

Quod illud est perfectum iejunū, quod  
cum oratione & misericordia cōmendatur.

Caput XXVI.

**N**ecessaria animæ nostræ sunt ieunia, sicut  
vulneribus medicina. Medelam enim conf- Aug.  
runt vitæ perpetuæ, ita tamē vt duarum re-  
rum testimonio cōmendētur, id est, oratione & mi-  
sericordia. Quod per solum iejunium prodesse non  
posse facundissimus doctor Cassianus in vicefima  
d v